

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Piis Manibus ... Viri Dn. M. Georgii Schedii, Gymnasii Gustroviensis quondam  
Rectoris ... Doctores fulgebunt, &c. Anno aerae usitatae cl Ic L. d. 22. Decemb.**

Rostochi[i]: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77742990X>

Druck    Freier  Zugang



PIIS MANIBUS  
*Plurimum Venerandi, Clarissimi Viri*  
**DN. M. GEORGII SCHEDII,**

Gymnasii Gustrovienis quondam

RECTORIS fidelissimi,  
& de reliteraria editis scribris

meritissimi

SACRUM.

Dan. 12. v. 3.

Doctores fulgebunt, Ec.

Anno æra usitatæ clo Icc L.

d. 22. Decemb.

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Sen. Typogr.

LIBRARIAM 1819  
HISTORICIS LIBRARIES  
COTACIENSIS  
AVGUSTI  
DE BIBLIOTECIS  
ANNO MDCCLXV  
F. H. F.



**S**CEDIUS Aonix sido prælustre catervæ  
Septuaginta duos annos cum laude peregit  
Inq; Scholis docuit juvenes cœlestia jussa :  
Nunc illum transfert Deus in cœlestia tempe.  
Obenè cui liceat sic inclarescere Musis !

**Matthias Bähr/**  
Nob. Megap.

**E**NNIUS ajebat triplice se vivere corde, (erat.  
Cordibus at **S**CEDIUS pluribus auctus  
Quicquid Aristoteles, quicquid Plato, quicquid **A**-  
pollo.

Quicquid habet tellus, quidquid & ipse polus.  
**S**CEDIUS id callet, Solymæus, Grajus, & Auson,  
Exitit & nostra gloria prima scholæ.  
Non igitur frustra querimur, vadimonia mortis  
O celeres Parcas ! hanc subiisse VIRUM,  
Salve sancte senex, placidaq; ; quiesce sub umbrâ  
Dum tuba te revocet Judicis ante thronum.

**Adam Otto Vieregge/**  
Nob. Megap.

**E**heu famam meas quidnam perducis ad aures  
Impræba? Tu lætæ nuncia rara rei es.  
Corruit heu rursus prytanti firma columnæ,  
En satis celsit **SCHEDIUS** ille bonus,  
Ille erat Aonidum cultor, cui docta Minerva  
Humida Castaliis fecerat ora vadis.  
Ille erat eximiae virtutis imago, probatæ  
Exemplar fidei, justitiaeq; dcccus.  
Hinc quoq; dignus erat Pylios ut viveret annos.  
Cui veherent plures sospita fata dies.  
Sed quid? Dextra Dei cunctis mortalibus horam  
Destinat: est nobis ista terenda via.

Paul Otto Vieregger/  
Nob. Megap.

**N**on perit, ingenii qui post se pignora linquit,  
sed manet, glaudem posteritatis habet.  
Ergo **SCHEDIAD**, semper tua gloria vivit,  
Corporis & tantum scena relicta tui est.  
Scripta per Europam volitantia, scripta diserta,  
Qui nohis præbent Nectar & Ambrosiam.  
**O** Fortunatum! quisquis sic tempora vita  
Transigit, ut vivat, si licet ipse situs.

Euno Paris Hahn/  
Nob. Megap.  
Qvis

**Q**uid sibi vult hominum concursus? quid  
sibi planctus?  
Die quælo; occubuit Schedius ille bonus?  
Quem decorat Pietas, Doctrina, Modestia,  
Et verus veræ religionis amor. (Candor,  
Immatura qvidem mors, illius esse videtur,  
Cum posset plures arte juuare suā.  
Sed placuit tantum ingratis lumenq; decusq;  
Offenso in terris eripuisse DEO.  
Nunc coram superis vitæ genialia carpit  
Gaudia, mortales odit & exuvias.  
Felix, ter nimium felix! qvi funere tali  
Eternâ in cœlis luce beatus ovat.  
Velrad Friedrich von der Lühe.  
Nob. Megap.



Præcipe, Melpomene, lugubres præcipe oantus,  
Cui vocem & citharam Jupiter ipse dedit.  
Quis non tristetur? quis singultare recusat?  
En posita est magni vox operosa viri.

1. R. n. 3

X 3

Quam-

*Quamvis Threicio modular vel blandius Orpheo,  
Et moveam fidibus, saxa ferasq; meis ;  
Attamen haud fragilis remeabit imaginis umbra,  
Quem mors ad niveum compulit ire gregem.  
Durum est, hoc fateor, superet patientia fatum,  
Qui bene quid patitur, fortiter ille facit ;  
Manet ex aequo nox dormitanda creatos,  
Omnia coguntar mortis inire viam.  
Misera senum ac juvenum, densantur funera nullum  
Deserit humanum trux Libitina caput.  
Interea perpes, SCHEDI, Praeceptor amande,  
Gloria, fama, decus, Te super astra vebent.  
Da DEus, ut Schedi placide gelida ossa quiescant,  
Atq; ut nos miserimor comitemur eum.*

*Συμπαθίας summiq; honoris,  
ergo fecit*

*Matthias Linstaw/  
Nob. Megap.*

**E**sse quid hoc dicam? tot lumina clara Virorum  
Mænibus in nostris feralibus abdier umbris.  
Qvod factum non est à multis hactenus annis,  
Nam Consul, Quæstor, Medicus, simul atq; Senator  
Atq; Scholæ Rector clauerunt fata suprema.

*Semestri*

Seme firi spatio, canimus dum jubila fecit.  
Sic plausus, planetus, sic jubila nubila fiunt.  
O Pater, ô serva venerandi fulcra Sénatus;  
Atq; Ministerium serva, pariterq; Lyceum  
Et SCHEDIO similem Doctorem rede Cathedræ,

*Martinus Sturz,*  
Gustr. Megag.



Dum subit Egoceros venturi nuncius anni,  
Brumaq; Riphao frigore stringit humum.  
En fatalis adest venerando Gymnasiarchæ  
Horula, quam tempus solsticiale dedit.  
Felix solstitium, supremâ funeris horâ  
Quando licet solem cernere iustitia!

*Adolph Dithmar Trapman,*  
Megap.



... illi dicitur quod non solum  
... dicitur quod non solum  
... dicitur quod non solum  
... dicitur quod non solum

¶ **Q**uidam dicitur  
¶ **N**on solum

¶ **C**ontra dicitur  
¶ **C**ontra dicitur

¶ **D**icitur quod non solum  
¶ **D**icitur quod non solum

¶ **M**anu dicitur  
¶ **M**anu dicitur




Von 577 nach

Semeltri spatio, canimus dum  
Sic plausus, planetus, sic jubila  
O Pater, o serva venerandi ful  
Atq; Ministerium serva, parite  
Et SCHEDIO similem Doct:



Dum subit Ægoceros ventur  
Brumaq; Riphao frigore  
En fatalis adest venerando Gy  
Horula, quam tempus solstiu  
Felix solstitium, supremâ funeris  
Quando licet solem cernere

Adolph



the scale towards document

Cathedræ,

Sturb/  
r. Megag.

(  
)

nni,  
mum—  
e

rapman/